



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 30. Legatus Romam adveniens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

que censura, proin a Regestis Pontificiis Sæcul. XV.
omnes sententiæ in Regem tanquam ex A. C. 1428.
falsis suggestionibus per subreptionem la-
tæ aboleantur,

§. XXIX.

*Postulata Regis a Legato Romam
perlata.*

Super his omnibus articulis die vigesima
quinta Octobris in eadem urbe Valen-
tina confectæ sunt publicæ literæ, quibus
acceptis Legatus continuo ad Papam re-
versus est, paratis hunc in finem a Rege
duabus triremibus.

§. XXX.

Legatus Romam adveniens.

Nihilominus Cardinalis Legatus nonnisi Act. Legat.
Card. Fux.
apud Ezov.
an. 1428.
octava Januarii Anno Domini mille-
simo quadringentesimo vigesimo octavo
Romam pervenit, postquam horrenda
tempestas repetitam Præsuli intentasset
mortem, ac quondam ipso Antipapa Pa-
niscolæ e fenestra quadam prospiciente
adeo jactatus fuisset, ut nihil propius ef-
set, quam ut fluctibus maris absorbere-
tur. Cum autem amplissimam quoque
Romanorum urbem tum temporis pesti-
lencia devastaret, hinc absente Sacro Car-
dinalium collegio raræ admodum Con-
grega-

Sæcul. XV. gregationes habebantur; quapropter Re-
A.C. 1428. giarum propositionum discussio per inte-
 gram ferme annum protelata est.

§. XXXI.

*Regis articuli ferme omnes a Papa
 approbati.*

Enimvero Regis postulata Sacræ Sedi
 admodum noxia videbantur, nihil-
 ominus Martinus Papa, cum pacem Ec-
 clesiæ, postpositis etiam quibuscunque
 commodis revocare perciperet, cunctos
 ferme articulos, adhibitis duntaxat qui-
 busdam moderationibus, ratos habuit.
 Singulis Alphonsi petitionibus suum an-
 nexuit responsum, quorum quodlibet, cum
 sigillatim ad Regem mittendum esset, plu-
 rimos toto deliberationis tempore nun-
 cios ultro citroque ablegare oportebat.
 Præprimis igitur cessum Alphonso Pa-
 niscalæ castrum cum omnibus juribus
 suis; datum corpus D. Ludovici, ac re-
 missa omnia, quæ ex Camera Apostolica
 perceperat; eodem quoque modo cetera
 Alphonso concedebantur. Nihilominus
 Rex nimia Pontificis facilitate abuteba-
 tur.

§. XXXII.

*Bellum inter Mediolani Ducem & Ve-
 netos redintegratum.*

Currente hoc anno, cum & hyemis aspe-